Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ZACHA

Et respondit angelus. et ait ad me.
Isti sunt filii oleo: qui stant
dominatori universe terre. Et ego
respexi. et ecce candelabrum aureum
totum. et lampas super caput eius.
septem lucernae erant super lampadem
septem rostra lucernis quae erant
super caput eius. Et duae olivae
super illum. unam a dextris lampadis
et unam a sinistris eius. Et
respondens locutus sum ad angelum
qui loquebatur mecum dicens. Quid
sunt haec domine mi. Et ait angelus
qui loquebatur mecum. Nunquam
scis quid haec sint. Et dixi. Non
domine mi. Et ait ad me dicens.
Haec est verbum domini ad zorobabel
dicens. Non in exercitu neque in
virtute sed in spiritu meo dicit
dominus exercituum. Quis es tu
mons magnus coram zorobabel in
planitiem. et educet lapidem primum
cum ornatu gratiae gratiae eius.
Et factum est verbum domini ad me
dicens. Manus zorobabel fundaverunt
domum istam. et manus eius
perficient. et scies quia dominus
exercituum misit me ad vos. Et
quis est qui despexerit dies
parvorum. et gaudebunt videntes
lapidem stannum in manu zorobabel
septem hi oculi domini. qui
discurrunt per universam terram.
Et respondens dixi ei. Quid
sunt duae olivae istae. in dextris
candelabri et in sinistris eius.
Et iterum respondens dixi ei.
Quid duae olivae ad latera
candelabri. quae in manibus
duarum fistularum aureae
effundunt in se aurum. Et
respondens dixit ad me. Nunquam
scis quid haec sint. Et dixi.
Non domine mi. Et ait. Haec
duae olivae filii olei stantes
iuxta dominum universae terre.
Et conversus sum. et levavi
oculos meos. et ecce volumen
volans. Et ait ad me. Quid
tu videris. Et dixi. Ego
video volumen volans. longitudo
eius viginti cubitorum. et
latitudo eius decem cubitorum.
Et ait ad me. Haec est
maledictio quae egreditur super
faciem terre omnis furem
sicut in hac parte iudicabitur
et omnis iurans sicut in
hac parte iudicabitur. Et
educam illam. ait dominus
exercituum. et veniet ad
domum furis. et ad domum
iurantis nomen meum in
mendacio. et manebit in medio
domus eius. et consumet
eam. et ligna eius et
lapides eius. Et egressus
est angelus qui loquebatur
mecum. et dixit ad me.
Ecce nunc quid egredietur
in hac aquilonis. Et
dixit dominus ad me.
Super hanc terram
egredietur malum
super omnes habitantes
terram. Ecce talentum
plumbi levatum est.
et ecce mulier
sedens in medio
modii. Et dixit.
Haec est impietas.
et proiecit eam
in medio modii.
et proiecit pondus
plumbi super os
eius. Et levavi
oculos meos. et
ecce duae mulieres
egredientes. et
ventus in alis
earum. et habebant
alas quasi alas
milvi. et levaverunt
modium inter
terram et caelum.
Et dixi ad angelum
qui loquebatur
mecum. Quo
isti portant
modium. Et
dixit ad me.
Ut aedificetur
ei domus in
terra sinaar.
et stabilita
et ponatur
ibi super
basim suam.
Et conversus
sum. et levavi
oculos meos.
et ecce quattuor
quadrigae
egredientes
de medio duorum
montium.
et montes
montes aenei.
In quadriga
prima equi
rufi. et in
quadriga secunda
equi nigri.
et in quadriga
tertia equi
albi. et in
quadriga quarta
equi varii
et fortes.
Et respondens
dixit ad me.
Hi sunt
quattuor venti
caeli. qui
egredientes
stabunt
coram domino
universae
terre.
In quadriga
in qua erant
equi nigri.
egrediebantur
in terram
aquilonis.
et albi
egressi sunt
post eos.
et varii
egressi sunt
ad terram austri.
Et ait
erant robustissimi. exeruntque
quaerebant
ire et discurrere per universam
terram. Et
dixit. Ite. et perambulate omnem
terram. Et perambulaverunt terram. Et
vocavit me. et locutus est ad me
dicens. Ecce qui egressi sunt in terram
aquilonis requiescere fecerunt spiritum
meum in terra aquilonis. Et factum est
verbum domini ad me dicens. Sume
a captivitate aboldai. et a tobia
et abidaia. venies tu in die
illa. et introibis in domum iosiae filii
sophoniae. qui venerunt de babylone.
et sumes argentum et aurum. et fabes
coronas. et pones in capite iesu filii
iosedech sacerdotis magni. Et lo
quaris ad eum dicens. Haec dicit dominus
exercituum dicens. Ecce vir oriens
nomen eius. et subter eum oriet.
et aedificabit templum domino. et ipse
aedificet templum domino. et ipse
portabit gloriam. et sedebit. et dominabitur
super solio suo. et erit sacerdos
super solio suo. et consilium pacis erit
inter duos illos. et coronae erunt
helem. et tobiae. et iedaiae. et hen
filio sophoniae memoriale in tem
plo domini. Et qui procul sunt
venient. et aedificabunt in templo
domini. et scies quia dominus exercituum
misit me ad vos. Erit autem hoc
si audiens audieris vocem domini dei
tui. Et factum est. Cap. vij. anno
quarto darii regis.
Factum est verbum domini ad za
chariam. in quarta die mensis nom
quit enim callem. et misit ad domum
dei. sarasar. et rogumelech. et viri
qui erant cum eis. ad deprecandam
faciem domini. ut dicerent sacerdotibus
domus domini exercituum. et prophetis. lo
quentes. Numquid flendum mihi in
mense quinto. vel sanctificare me
deleo. sicut iam fecit multis annis.
Et factum est verbum domini exercituum
ad me dicens. Loquere ad omnem
populum terre. et ad sacerdotes dicens. Cum
ieunaretis et plangebatis in quinto.
et in septimo. per hos lxx annos. nun
quid ieunium ieunastis mihi. et cum
comedistis et bibistis. numquid non
vobis comedistis. et vobis metipsis
bibistis. Numquid non sunt verba
quae locutus est dominus in manu
prophetarum priorum. cum adhuc esset
habitatio. et esset opulenta. et ipsa et
urbes circumstantes eius. et ad austrum.
et in campestribus habitaretur. Et factum
est verbum domini ad zacharia
dicens. Haec dicit dominus exercituum dicens.
Iudicium verum iudicate. et misericordiam
et miserationes facite unusquisque cum
fratre suo. Et viduam et pupillum. et
adventicium et pauperem nolite con
turbare. et malum unus vir fratri suo
non cogitetis in corde vestro. Et nolue
runt attendere. et averterunt scapulam
recedentem. et aures suas aggra
verunt. ne audirent. et cor suum
posuerunt adamantinum. ne audi
rent legem et verba quae misit dominus
exercituum in spiritu suo per manum
prophetarum priorum. Et facta est indignatio
magna a domino exercituum. Et factum
est sicut locutus est. Et sicut vocavit
et auditum non est. sic clamabit. et non ex
audiam. dicit dominus exercituum. Et